2926 Praeneste rep. anno 1778 *nel sito dell' antico foro* [cf. ad n. 2934].

... *i*VLIO · T · F · I ...
... *in*STEIO · PAVLI*no*
iii uiro CAPITAL · TRIB *mil*
leg (?)*ii*I · AVG · QVAEST ...

Petrini p. 334 n. 27, qui vidit.

2927 Praeneste in S. Hieronymi in marmorea tabula SVAR. f. 266′. — Sine indicatione SVAR. f. 149.

...LICINIANO CONSV*li*
..*leg. aug. pr. p*R · CENSORI · PROVINC*iae*...
...*imp. a*NTONINI AVG PII P P LE*g*....
L*eg.* PROVINCIAE AQV*itanicae*

Servavit Suaresius cod. Vat. 9140 f. 149 (inde vol. VI n. 1441 inter urbanas) iterumque f. 266′.

1 fin. CONS\ f. 149, CONS f. 266. — 2 in. supplevit Henzen; pro CENSORI expectaveris CENSITORI. — 3 fin. LE f. 149, L f. 266. — 4 LC f. 266, Q f. 149. — Quae post spatium vacuum leguntur in f. 266: VICI | ASHA (in f. 149 T·VIGI) ab hac inscriptione videntur esse aliena.

2928 tabula marmorea litteris serioris aevi, inventa in basilica S. Agapiti *alle Quadrelle,* nunc apud Vinc. Cicerchiam.

S · LVPVS · VIC
*consular*IS CAMPA*niae*

Descripsit Stevenson.

Flavius Lupus consularis Campaniae memoratur in titulo Beneventano Corp. IX, 1580, ..rius Lupus in Capuano Corp. X, 3858; fortasse alteruter ex his non diversus est ab hoc nostro.

2929 basis magna lapidis Tiburtini sub Praeneste *contrada Arcioni* rep. in horto Bonanni.

C · LVTATIVS · CN · F
CERCO
Q

Descripsi a. 1878; postea tam ego quam alii frustra quaesivimus; dicitur rursus terra esse obruta. Cicerchia ms. et apud Fiorellium *notizie degli scavi* 1877 p. 328; Fernique *rev. arch.* n. s. 35 (1878) p. 233.

1 prima littera mihi fuisse visa est C; item Ferniquio; solus Cicerchia apud Fiorellium edidit L, in sylloge ms. posuit Q.

C. Lutatius Cn. f. Cerco, q(uaestor) populi Romani, homo praeterea ignotus, sine dubio ex posteris fuit eius Lutatii Cerconis quem prohibitum esse a senatu sortes Fortunae Primigeniae adire narraverat Valerius Maximus 1, 3, 2; is autem non videtur diversus esse a Q. Lutatio C. f. C. n. Cercone consule anni 513 (fast. Cap.). Habemus praeterea Cn. Lutatium Cerconem legatum missum in Graeciam anno 581 apud Livium 42, 6 et Q. Lutatium Cerconem quaestorem in denariis cusis anno fere 630 (Momms. hist. rei numm. p. 545 n. 147).

2930 Praeneste rep. anno 1760, fracta extat apud Petrinium PETR. Ea pars extat adhuc in aedibus olim Petriniis.

SEX · LVTATIVS · *Q* · *F*
PVP · LAELIAN*VS*
OPPIANI·C*VS*
PETRONIANVS
PRAETOR

Partem superstitem descripsit de Rossi, contulit Mommsen. Pleniorem exhibet Petrini *mem.* p. 331 n. 21 et apud Marinium Vat. 9127 f. 268.

Infra fractam dedi coniectura; nam Petrinius tacet.

2931 tabula marmorea. Rep. extra Praeneste mense Nov. 1866 *in un tenimento del seminario in contrada Quadrelle.* Nunc apud Vincentium Cicerchia.

Q · MARCIO · P · F · QVIR ·
VICTORI · PATRI ·
CLAVDIAE · TI · FIL · TAVRILLAE ·
MATRI · MARCIAE · FAVONILLAE · FIL
Q · MARCIVS · FAVSTINIANVS · PRET · LEG sic
PROV · AFRIC · TR · PL · Q · PROV · CYPRI

Descripsit Stevenson. Bonanni et Cicerchia miserunt mense Nov. 1866, unde edidit Henzen *bull. dell' Inst.* 1867 p. 182.

Infra fractam exhibet solus Stevenson.

2932 Praeneste ad porticum Fortunae IVC., item inter Praenestinas SAB. (Chis.) ALC. 78′. In sacello extra Gallicanum quod dicitur Sancti Pastoris PEVT. ALC. f. 128. — Tibure SAB. (Marc.)

PAEAN · AVG · LIB · PROC · CASTRENS
PROC · HEREDITAT · PROC · VOLVPTAT
PROC · ALEXANDR · SIBI · POSTERISQ · SVIS

Exhibent Iucundus Ver. f. 168, Magl. f. 110 (ex Iucundo Doni Vat. 7113 f. 51′, ed. 7, 20 'ex vet. ms.'; ex schedis Donii ut videtur Fabretti 198, 480 'e schedis Barberinis'; ex hoc Orelli 2972) eodemque exemplo P. Sabinus Chis. f. 128 (inde Sieder f. 33′; ex hoc et Donio Murat. 912, 5) et Alciatus Feae f. 78′; paullo aliter quam hi P. Sabinus Marc. f. 245 et Peutinger cod. 527 f. 49 et Alciatus Feae f. 128.

Versuum divisio nostra est. — 1 AVGVST·LIBER, deinde CASTREN Peut. Alc. f. 128. — 2 PROC·HEREDITAT hoc loco exhibent Peut. et Alc. f. 128, ante PROC·CASTRENS collocat Sab. (Marc.), om. Iuc. Sab. (Chis.) Alc. f. 78′. — 3 ALEXAN Peut. Alc. f. 128, ALEXANDER Sab. (Marc.)

In suspicionem vocavit Orellius adstipulante Henzeno (add. ad Orell.), magis propter nomen schedarum Barberinarum, ex quibus Fabrettius titulum se desumpsisse scripserat, quam propter argumentum.

2933 *magnifica base con un bassorilievo che, alla breve descrizione avutane, penso rappresentare un prefetto di Roma sedente pro tribunali* BORGH.; *frammenti consistenti per primo in una specie di piedistallo rappresentante a rilievo molte figure togate, ma assai danneggiate dal tempo, dippoi in due frammenti d' iscrizione in buonissima scrittura* ABEK. Non longe a Praeneste (mille fere passibus ABEK., mille quingentis ROSSI) Romam versus; *presso la casetta della Cona* ABEK., *vicino alla casetta bruciata del seminario* CIC. — Ubi viderit MOMMS., mihi incompertum est. — Anno 1855 loco antiquo frustra quaesivit ROSSI.

a

F · PAP · POST
*pro*COS · PROVIN*ciae*
*pra*E F V R*bi*
u

b

LIA *curatori uiarum*
FLAMIN · ET · TI*burtinae*
VTRIVSQVE · LE*gato legionum*
ET · $\overline{XV}$ · APOLLIN*aris*
PR · TR · PL · Q · PRO*u*

Fragmentum maius (*b*) descripsit de Rossi anno 1841, utrumque nescio quo tempore Mommsen. Abeken *bull. dell' Inst.* 1841 p. 54 et apud Borghesium opp. 7, 325, cui praeterea alterum quoque exemplum praesto fuisse videtur; Cicerchia ms.

a 2 |COS Momms. Cic., ..OS Abek. ap. Borgh., ...S id. *bull.* — 3 AEF Abek. (*bull.*) Cic., |EF Momms. Borgh. — 4 exhibet solus Momms.

b 1 $\overline{LIIVI}$ Momms., LIA Borgh., LI... Abek. (*bull.*), L| Cic., om. Rossi. — 2 fin. TI Ross. Abek., $\overline{IT}$ Momms., T Cic. — 3 fin. LE| Momms. Ross. Cic., LE*g*. $\overline{XII}$ Abek. (*bull.*), LEG·$\overline{XII}$ Borgh. supplens *leg. xii* [*fulminat.*]; vereor ne vocabulum XII extans fortasse in frustulo solitario mera coniectura ab Abekeno eo relatum sit. — 4 in. EX Momms. lapsu calami. — APOLLIN| Abek. Cic., APOLLI| Momms. Ross. — 5 PROVI Cic.